

DEDICATORIA.

conuolutiones absoluunt, Vt autem in clyto Celsitudinis
 tua nomini pre ceteris nouos hosce Planetas destina-
 rem, ipsemet Syderum Opifex perspicuis argumentis
 me admonere visus est. Etenim quemadmodū ha Stel-
 le tamquam Ioue digna proles nunquam ab illius late-
 ro, nisi exiguo intervallo discedunt: ita quis ignorat cle-
 mentiam, animi mansuetudinem, morum suauitatē,
 regii sanguinis splendorem, in actionibus maiestatem,
 auctoritatis & Imperii in alios amplitudinē, qua qui-
 dem omnia in tua Celsitudine sibi domicilium, ac se-
 dem collocarūt, quis inquam ignorat hac omnia ex be-
 nignissimo fouis Astro, secundum Deum omnium bo-
 norum fontem, emanare? Iupiter, Iupiter inquam,
 a primo Celsitudinis tua ortu turbidos Horizontis va-
 pores iam transgressus, mediumq; cæli cardinem occu-
 pans, Orientalemq; angulum sua Regia illustrans, feli-
 cissimū partū ex sublimi illo throno prospexit, omnēq;
 splendorem, atq; amplitudinem suam in purissimum
 aerem profudit, ut vniuersam illam vim, ac potestātē
 tenerum corpusculū vna cum animo nobilioribus or-
 namentis iam a Deo decorato, primo spiritu hauriret,
 Verum quid ego probabilibus vtor argumētationibus,
 cum id necessaria propemodum ratione concludere, ac
 demonstrare queam? Placuit Deo Optimo Maxi-
 mo, ut a Serenissimis parentibus tuis non indignus ex-
 istimarer, qui Celsitudini tua in tradendis Mathema-
 ticis disciplinis operam nauarem: quod quidem prestiti
 quatuor superioribus annis proxime elapsis, eo anni tē-
 pore, quo a seuerioribus studiis otīū esse consuevit. Quo
 circa cū mihi diuinitus plane cōtigerit, ut Celsitudini
 tue inseruire, atq; ideo incredibilis Clementia, ac beni-
 gnitatis tue radios propi' exceperim: quid mirū si ani-